Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tias. Declina a malo & fac bonum & in
habita in seculum seculi. Quia dns
amat iudicium & non derelinquet sanctos suos in eternum conseruabuntur
Iniusti autem punientur & semen
impiorum peribit. Iusti autem
hereditabunt terram et habitabunt in
seculum seculi super eam.
Os iusti meditabitur sapienciam & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipius
& non supplantabuntur gressus eius
Considerat peccator iustum & quaerit
mortificare eum. Dns autem non derelinquet eum in manibus eius. nec
dampnabit eum cum iudicabitur iudicio
Exspecta dnm & custodi viam eius
et exspectabit te ut hereditate capias terram cum perierint peccatores inde
bis. Vidi impium super exaltatum
& elevatum sicut cedros libani. Et
transiui & ecce non erat. quesiui & non
est inuentus locus eius. Custodi innocenciam & vide equitatem.
quoniam sunt reliquie homini pacifico
Iniusti autem disperibunt simul reliquie impiorum interibunt. Salus
autem iustorum a domino & protector
eorum est in tempore tribulacionis. Et
adiuuabit eos dominus & liberabit
eos & eruet eos a peccatoribus & saluabit eos quia sperauerunt in eo.

Ps DVI in rememoracione sabbati.

Domine ne in furore tuo arguas me. neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi & confir